

Barbosa lo. cit. & in c. Nobis. h. i. n. 3. atque ibi d. Abbas n. 9. Engel h. i. n. 4. textus est in cit. c. Nobis. 25. h. i. ubi tamen additur, ut post electionem factam requiratur Patroni consensus; non quasi necessarius foret pro valore electionis, aut confirmationis, sed honestatis gratia, & ut Patrono exhibeatur reverentia, simulque per intimationem electionis factam præbeatur facultas contra electionem, vel electum coram Ordinario opponendi, si quid de Jure in contrarium habet, ut pluribus demonstrat Barbosa cit. lib. 3. Jur. Eccl. univ. cap. 12. num. 181. atque notat Engel lo. cit. & alii, arg. cit. c. 25. h. i. ponderando verbum honestas, contra Glossam ibid. quia sicet Patronus electionem personæ idoneæ irritare non possit, arg. c. Cum terra. de Elect. potest tamen contra eam excipere, si videtur minus idonea, ut bene notat Glossa lo. cit. v. Honestas.

69 Resp. II. Jus præsentandi Patrono, vel Patroni (si plures sint) solis ita competit, ut nulla collatio sine eorum consensu fieri queat, arg. c. Infinitum. 14. & ibi Barbosa n. 1. Abbas n. 1. & 3. Ancharanus, Joan. Andreas, & DD. communiter, nisi Papa aliter reservando, vel conferendo expresse disponat, juxta num. 63. vel Legatus Illius in Beneficio patronato Ecclesiastico, juxta dicta num. 61. vel Patroni tempus suum elabi sinant, juxta dicta num. 56. aut præsentent indignum, aut discordent, juxta dicenda num. 83. & seqq.

70 Porro quamvis Doctores citati, & alii communiter asserant, collationem Beneficii patronati absque consensu Patroni extra casus limitationum positum, ab Episcopo v. g. factam esse ipso Jure irritam & nullam, arg. citatis Juribus, & can. Decernimus. 32. cau. 16. q. 7. ibi: Quod si spreto eisdem Fundatoribus Rectoribus ibidem præsumptis Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam noverit esse, & ad reverendum suum alios in eorum loco, quos idem ipsi Fundatores, condignos elegerint ordinari. Nihilominus satis probabilis est sententia, eam non ipso Jure esse irritam, sed primum irritandam, si Patronus contradicat: ita tamen & Doctores, & textum Juris intelligentes esse, aut Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 107. Gonzalez ad Reg. Cancellar. 8. Gloss. lib. n. 78. & seqq. Garcia de Benefic. p. 5. cap. 9. n. 232. & late Moneta de Com. ult. volunt. cap. 10. n. 365. Abbas in c. Cum Ecclesia. n. 12. de Elect. & alii communiter inde inferentes, quod si Patronus intra tempus ad præsentandum concessum, ad collationem absque ipsius consensu factam taceat, & non contradicat, ea firma subsistat.

71 Queritur II. Quos præsentare Patronus possit, & debeat? Præferunt an etiam se ipsum præsentare valeat? Resp. I. Ad Beneficium præsentari nullus potest, nisi tempore præsentationis sit dignus, & habilis, id est, habens omnes debitas qualitates, & carens qualitate inhabilem, aut indignum reddente. Communis, arg. toto Tit. præsentat. Quapropter invalida & nulla est præsentatio, si præsentatur illegitimus, irregularis, excommunicatus, servus, carens sufficiente ætate, Laicus; quia hi omnes vel carent qualitate requisita, vel infecti sunt inhabilitatis nota, juxta dicta Tit. de Præb. item Tit. 14. De Abbat. qual. & ordin. Præb. nec non Tit. 6. de Elect. §. 9. & paucis remonstrat Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 72. & seqq. Nec sinitur, quod brevi post præsentationem, & quidem ante institutionem adhuc habilitetur, v. g. æratem acquirat, Clericus fiat, ab excommunicatione solvatur &c. Barbosa lo. cit. n. 77. & 78. Castro Palao p. 2. tr. 13. Disp. 2. pun. 7. n. 1. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. Gloss. 2. n. 66. & alii. Ratio est: quia in Beneficiis attenditur capacitas tempore præsentationis, cum per eam statim acquiratur jus ad rem, arg. Ecclesia S. Maria.

de Consil. Quid Juris autem, si Patronus præsentet indignum dicitur infra n. 83. & seqq.

Resp. II. Nullus Patronus, est si Clericus, ac dignissimus se ipsum præsentare potest ad Beneficium, textu claro c. fin. de Instit. & c. Per nostras. 26. h. i. & ibi Abbas, Joan. Andreas, Ancharanus, Innocentius, Barbosa cum communi & certa aliorum. Ratio est: tum quia præsentatio sui ipsius sapit vitium ambitionis, uti innuitur cit. c. 62. h. i. tum quia inter dantem & accipientem debet esse distinctio, ut dicitur cit. c. fin. de Instit. Imò nec potest Patronus per Procuratorem ad præsentandum se constituere præsentari, Barbosa lo. cit. n. 3. item de Offic. & potest. Episc. alleg. 72. n. 87. Castro Palao lo. cit. n. 2. Flamin. Parisius de Resign. lib. 9. qu. 17. n. 113. Ratio est: quod virtualiter se ipsum præsentare conferetur; quia, quod quis facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum. c. Qui facit. 72. de R. l. in 6. & a fortiori nequit Procurator ad præsentandum constitutus se ipsum præsentare, DD. citati, per Jura & rationes allegatas.

Potest tamen Patronus acceptare Beneficium, si 73 hoc eidem absque præsentatione sui ipsius, motu proprio confert Episcopus, vel alius ius instituendi habens, Castro Palao lo. cit. Sylvest. v. Patronatus. qu. 7. Pirhing h. i. n. 91. Barbosa lo. cit. n. 90. Abbas in c. Per nostras. 26. h. i. n. 3. Ratio est: quia in tali casu nec præsentat se ipsum, non ingerit se ipsum in Beneficium, nec habet collatio originem a se ipso, sed oblatum ab alio nade acceptat, & in collationem consentit; collatio autem Beneficii patronati cum consensu Patroni, sine ejusdem præsentatione facta, valet, per dicta num. 70. Imò potest Patronus etiam rogare Episcopum, ut Beneficium ipsi conferat, potestque Episcopus ei gratificare, si dignum invenit. Barbosa lib. 3. Jur. Eccl. univ. cap. 12. n. 109. citans Rotam in cit. c. Per nostras. h. i. n. 5. & ibi Abbas n. 4. Pirhing h. i. n. 91. Zetola in praxi Episc. p. 1. v. Juspatriatus. §. 21. Ratio est, quæ prior. Neque enim, quod ipse roget, se ingerere dicendus est; alias nemo pro Beneficio rogare posset.

Resp. III. Si plures sunt Patroni, potest unus 74 præsentare alterum, si est habilis. Barbosa de Offic. & potest. Episc. alleg. 72. n. 91. citans Rotam, Tholuc. Litt. P. Conclus. 595. Castro Palao lo. cit. n. 3. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 3. cum Glossa fin. communiter recepta in c. Consilium. 15. h. i. arg. can. Congregatio. cau. 16. qu. 7. c. Cum in Jure. c. Ne pro delectu. & c. Quia propter. de Elect. ubi eligentibus permittitur unum ex se eligere. Ratio est, quia in præced. num.

Resp. IV. Potest Patronus præsentare filium, 75 aut alium consanguineum, vel conjunctum. Barbosa lo. cit. n. 94. Azorius lo. cit. q. 2. Palao lo. cit. n. 4. Engel h. i. n. 3. Abbas in c. Consilium. h. i. & ibi Glossa v. Propria autoritate. Ratio est: tum quia nullibi prohibetur in Jure, cum cit. c. Consilium. h. i. ubi prohibitio adeste videri posset, tantum prohibetur, ne quis Patronus filio suo conferat Beneficium, non item, ne præsentet ad illud. Tum quia filii & consanguinei ipsius Patroni non debent esse deterioris conditionis, quam alii; ne alias Juspatriatus, quod in favorem Fundatoris introductum est, in eorum odium retorqueretur, contra Reg. 61. de R. J. in 6. ibi: Quod in gratiam alicuius conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum.

Dices. Pater, & filius in jure censentur una persona, l. fin. de Impub. & aliis subdit. ergo præsentando filium censetur præsentare se ipsum, quod non licet juxta dicta n. 72. Accedit, quod quicquid acquirit filius, acquirit patri, saltem hodie quoad usumfructum, §. 1. Instit. Per quas personas nobis acqui-

acquiri; ergo. Resp. Censeri quidem patrem, & filium fictione Juris unam personam in aliquibus casibus, non item in spiritualibus, in quibus attenditur veritas, juxta quam revera sunt diversæ personæ, ut bene respondet Abbas lo. cit. n. 3. Neque etiam in spiritualibus, quod acquirit filius, acquiritur patri; nam in his filius non est eadem de patria potestate, arg. c. Si annuum. de Judic. in 6.

77 Queritur II. An Patroni teneantur præsentare digniorem, vel sufficiat præsentare dignum: Resp. I. Distingendum esse inter Beneficium Curatum, & simplex, nec non inter Patronum Ecclesiasticum, & secularem. Et quidem Patronus Ecclesiasticus graviter obligatur ad Beneficium Curatum. Parochiam v. g. præsentare illum, quem cognovit digniorem, si ve in sine extra concursum fiat præsentatio Covarruvias in Reg. Peccatum. §. 7. a. n. 4. Gutierrez lib. 2. can. 97. cap. 11. n. 24. Federici de Senis Consil. 95. Lessius lib. 2. cap. 34. n. 62. Sanchez lib. 2. consil. cap. 1. dub. 5. n. 3. & novissime Carden. in proposit. damn. dissert. 28. n. 21. & 38. cum communis aliorum. Et quia hanc Conclusionem late probavimus Lib. 1. Tit. 6. de Elect. §. 10. a. n. 241. idem Lectorem illic remittimus.

78 Resp. II. Quamvis non desint docentes, Patronum Laicum graviter non obligari, ut ad Parochiam præsentet digniorem; inter quos est Castro Palao p. 2. tr. 13. Disp. 2. pun. 7. n. 4. Garcia de Benefic. p. 7. cap. 16. n. 19. & alii; tamen probabilior, & merito tenenda est sententia dicens, etiam Patronos Laicos graviter obligari, ut præsentent digniorem ad Beneficium. Ita Doctores num. præced. citati; utpote qui indistincte docent, quævis Patronum teneri præsentare digniorem: & quidem Gutierrez cum Covarruvias dicere non dubitat, contrariam sententiam esse falsam. Fundamentum est; quia rationes quoad Patronos Ecclesiasticos Lib. 1. Tit. 6. §. 10. a. n. 241. allatæ, etiam militent in Patronis Laicis, ut legenti patet: atqui ubi eadem est ratio, eadem est Legis dispositio, ut amplius d'Alum Lib. 1. Tit. 2. de Consil. §. 16. a. n. 386. Confirmatur ex Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. cap. 1. ubi expresse asserit, Omnes & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quocunque jus NB. quocunque ratione NB. a Sede Apostolica habent, aut aliquam operam præstant NB. alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesia magis utiles ipsi judicaverint, & præfici diligenter curaverint; atqui Patroni Laici æquæ ac Ecclesiastici vel maxime operam præstant in præficiendis Parochis, cum, ut supra num. 67. dictum, præsentatus ab eis, est non dignior, necessarii admitti, & institui debeat; ergo.

79 Nec dicas, Concilium ibidem tantum loqui de Episcopis, & Cardinalibus, hoc enim jam solum est supra cit. Lib. 1. Tit. 6. §. 10. n. 241. præterquam quod ipsi Adversarii Dispositionem Trident. allegant, dum probant, quod Patroni Ecclesiastici teneantur præsentare Parochum digniorem, ut videre est apud Palao lo. cit. & Garciam lo. cit. Si dicis, plebique dari Patronos Laicos non a Sede Apostolica, sed ratione Donationis, Fundationis &c. habere Jus præsentandi, consequenter saltem hoc non subjacere Dispositioni Trident. Contra est; tum quia etiam isti non nisi a Sede Apostolica per generalem concessionem Juri communi inierant Juspatriatus habent, ut concedunt ipsi Adversarii. Tum quia expresse dicit, & declarat Concilium lo. cit. non tantum eos, qui a Sede Apostolica quocunque jus, quocunque ratione promovendi habent, sed etiam omnes & singulos, qui aliquam operam præstant, ut legenti patet; vales vel maxime sunt Patroni Laici juxta dicta num. præced. ergo.

Reffensuel Jus Can. Tom. III.

Accedit, quod obligatio promovendi digniores 80 non tantum Jure positivo, sed etiam Divino, vel ex justitia, vel charitate obligante oritur, ut communiter concedunt Doctores, eod quod minus dignum promoventes communicent peccatis alienis; si ve non impediunt multa, & gravia peccata Parochianorum, quæ per promotionem Parochi dignioris facile impedire possent, consequenter vel ex justitia, vel vi officii Patroni, vel saltem ex charitate, aut fidelitate tenerentur. Quam obligationem Concilium Tridentinum lo. cit. bene agnoscens, aperte dicit, se circa obligationem promovendum nihil invocare; nec condere Legem novam, & tamen subjungit (declarativè nempe) eos mortaliter peccare (contra Jus scilicet Divinum) qui digniorem non promovent; ergo.

Institab. Concilium Tridentinum ipsum Sess. 24. 81 de reform. cap. 18. insinuare videtur, Patronos Laicos satisfacere, si dignos, est non digniores præsentent, eo ipso, quod ibi præcipiat, ut, si hidoneum præsentent, eum Ordinarius admittat. Resp. Per hoc solummodo probari, quod sit valida, & consequenter necessarii admittenda præsentatio digni relicto digniore (quod nos ipsi fatemur) non item, quod sit licita, aliis enim manifestè sequeretur, quod etiam Patroni Ecclesiastici licet præsentarent, in d. Episcopi licet conferrent Parochias (quod est contra omnes Adversarios) etiam non patronatas, eod quod idem Concilium Tridentinum Sess. 7. de Reform. cap. 3. universaliter ordinat, ut si Beneficia simplicia, vel Curata personis dignis, & habitibus (nulla facta mentione de dignioribus) conferuntur, admitti debeant.

Resp. III. Regulariter loquendo, nec Ecclesia. 82 sicut, nec Laici Patroni graviter obligantur, digniorem præsentare ad Beneficia simplicia, seu non Curata. Hæc Conclusio probata jam existit. Lib. 1. Tit. 6. §. 10. n. 247. ubi vide.

Queritur IV. Quid Juris, si Patroni præsentant 83 omnino indignum, aut inhabilem? Resp. I. Esse distinguendum inter Patronum Ecclesiasticum, & Laicum. Nam si Ecclesiasticus Patronus scienter præsentat indignum præter peccatum, quod committit, privatur eâ vice, jure præsentandi, & devolvitur potestas liberè conferendi ad Episcopum, vel alium, qui ius instituendi habet. Fagnanus in c. Cum vos. 4. de Offic. Ordinari. n. 27. & seq. ac ibidem Abbas n. 6. Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 105. Pirhing h. i. n. 104. Sylvest. v. Juspatriatus qu. 7. dist. 2. Layman lib. 4. tr. 2. cap. 13. n. 7. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 22. q. 6. cum communissima aliorum. arg. c. 2. in fine de supplenda Neglig. Prælat. & ibi Gl. ff. fin. Ratio est; quia cum præsentatio a Patrono Ecclesiastico habeat vim Electionis, utpote nomine Ecclesie facta, ut bene notat post Innocentium Abbas in c. Cum autem. 24. h. i. n. 3. in puncto Electionis autem eligentes scienter indignum priventur eâ vice jure eligendi, c. Cum tu cunctis. §. penult. & c. Innotuit. de Elect. & c. Quamquam eod. in 6. item de Patronis Ecclesiasticis scienter indignum præsentantibus dicendum erit.

Si verò ignoranter præsentavit indignum, non 84 privatur jure suo, sed præsentatione per Ordinarium rejecta habeat novum seminare ad alium præsentandum, Fagnanus lo. cit. n. 32. Abbas lo. cit. n. 5. & ibi Joan. Andreas n. 13. Lambert. de Jurepatronatus p. 1. lib. 2. qu. 10. a. n. 15. eoque teste DD. communiter, ita ut excepto Cardinal. nullus disceperet, arg. c. Si Electio. 26. in 6. ubi Juris terminus ad eligendum de novo conceditur, calu quo eligentes ignoranter eligunt indignum, cujus electio ob vitium occultum cassatur. Et merito; quia in tali casu Patronus est sine culpa, siue qua nemo est privandus jure suo; c. 23.

de R. J. in 6. Limitant tamen hoc bene Fagnanus lo. cit. si ignorantia fuit crassa vel supina, arg. c. Innotuit. 20. de Elect. & ibi Glossa v. Ignorantiam. eo quod hæc à culpa non excuset, per vulgaria.

85 Resp. II. Si Patronus Laicus ignoranter præsentat indignum, certum est, quod non privetur jure suo, sed possit variare. Fagnanus lo. cit. n. 37. eoque recte Omnes, arg. c. Cum vos. de Offic. Ordinari. Si enim Patronus Ecclesiasticus ignoranter præsentans indignum, non privatur jure suo, multo minus privabitur Laicus, utpote cui Jura in hoc puncto magis favent, quam illi. Unde si cognoscit Ordinarius Patronum Laicum ignoranter procedere, debet eum monere, ut alium præsentet. Quod si monitus alium intra Juri terminum præsentare negligit, Episcopus providebit. Et in hoc non est inter DD. aliqua controversia: bene verò, & quidem maxima controversia existit, an in casu, quo Patronus Laicus scienter præsentavit indignum, eà vice sit privatus jure suo, vel possit alium præsentare? Ad quam

86 Resp. III. Quamvis probabilis sit sententia dicens, quod Patronus Laicus scienter præsentans indignum, seu inhabilem, eà vice nec privatus, nec privandus sit jure præsentandi; tamen sententia contraria asserens, Patronum etiam Laicum esse privatum præsentandi jure, hocque statim devolvi ad Ordinarium, probabilior Juris conformior videtur. Prima pars docetur à Glossa in c. Cum vos. 4. de Offic. Judic. Ordin. v. Minus idonea. & ibidem latè Fagnanus à n. 134. Imola n. 5. Ancharanus n. 4. Pirhing h. t. n. 103. & ferè communi aliorum, arg. cit. c. Cum vos. 4. de Offic. Judic. Ordin. ubi habetur, quod, licet Patronus Laicus præsentavit indignum, jus præsentandi non devolvatur ad Episcopum, sed tantum potestas constituendi Oeconomum. Ratio est: tum quia Laicus Patronus potest variare, dum præsentat idoneum, arg. c. Cum autem. h. t. ergo multo magis, si præsentat indignum, eò quod variatio præcipue concedatur à Jure, quando actus est illicitus, ut notat Joan. Andreas in cit. c. Cum vos. de Offic. Ordin. arg. c. Nosti. de Elect. & c. Diversis Fallacis, de Clericis conjug. Tum quia in puncto Jurispatronatus minus agendum cum Laico, quam Clerico. Tum quia nullibi expresse reperitur in Jure hæc potestas Patroni Laici indignum præsentans privans jure præsentandi.

87 Secundam verò partem tenent Abbas in cit. c. Cum vos. n. 5. ubi ait, hanc sententiam esse verissimam, & allegat Doctores de Rota Decis. 205. & alias repetitis vicibus tenuit Rota teste Fagnano lo. cit. n. 39. Angel. Aretin. Consil. 99. Joan. Lignan. in Clem. 1. h. t. Gemin. in c. 1. de Prob. in 6. Barbosa de Offic. & potest. Episc. alt. arg. 72. num. 105. ubi plures citat & alii à Fagnano citati. Probatur ex Constit. Novell. 123. de Sanctissimis Episc. cap. Si quis Oratorii. 18. ubi expresse statuitur, quod si Patroni Laici præsentent indignos, tunc Sanctissimus Episcopus, quousque putaverit meliores, ordinari procuret. Concordat Novell. 131. cap. 10. Si quis edificationem. item 1. Cum quidam ita ff. de Legat. 2. & ibi Glossa, ubi probatur eum, qui electionem ex dispositione Testatoris habet, privari potestate eligendi, si eligit indignum.

88 Ratio autem est; quia quandoque alicui ex privilegio & gratia competit potestas eligendi, vel postulandi, si scienter eligit, vel postulat indignum, perdit eà vice potestatem sibi competentem, c. Gratium, de Postulat. atqui Patroni habent potestatem eligendi, vel postulandi ex gratia; ergo. Confirmatur. Illi, qui jure communi habent potestatem eligendi, vel conferendi Beneficium, ipso facto privantur jure suo, si eligunt indignum, c. Cum

in cunctis. §. fin. de Elect. ergo multo magis Patroni, utpote ex sola gratia habentes cit. c. 3. h. t. cum Jus commune difficilius tollatur, quam privilegium, l. Eius militis. §. Militia. ff. de Militari. Testam.

Ad fundamenta primæ sententiæ, & quidem ad c. 89. Cum vos. de Offic. Ordinari. Respondetur cum Abbate lo. cit. illud loqui de casu, quo Laicus ignoranter præsentavit; neque hoc est divinare, ut dicit Fagnanus lo. cit. n. 46. sed Jura Juribus concordare, quod pro possibili fieri oportet, c. Cum expediat. 29. de Elect. in 6. Ad rationem dico, posse Patronum Laicum variare, si idoneum, vel ignoranter indignum præsentavit; sed si scienter indignum. Nec obstat, quod variatio circa indignum facilius admittatur, quam circa dignum; respondetur enim id procedere nisi in poenam variatio auferatur, & alii committatur, ut hic. Ad secundam rationem respondetur, minus esse agendum cum Patrono Laico, nisi scienter, & deliberatè delinquit, & poenam mereatur, ut hic. Ad ultimum negatur, in Jure non reperiri poenam privantem Patronos scienter præsentantes indignum, per dicta num. præced.

Illud certius est, communiter concedunt utriusque sententiæ Doctores, quod si Patronus Laicus scienter præsentat indignum, & intra Juri terminum non variet, seu alium non præsentet, libera collatio devolvatur ad Episcopum, qui proin in casu expectare potest, donec terminus elabatur, eoque elapso alicui alteri Beneficium pro libitu conferre. Joan. Andreas in c. Cum vos. de Offic. Ordin. n. 12. & ibi Butr. n. 13. Ratio est, quia præsentare indignum, idem est, ac nullum præsentare, arg. c. 2. de Translat. Episc. & c. de Clerico non residen. atqui si intra Juri terminum & quadrimestre nempe, nullus præsentatur, liberè confert Ordinarius, s. un. h. t. in 6. ergo. Nec tenetur Episcopus prius monere Patronum de indigno electo, hoc ipso, quod id jam sciat, utpote scienter, ut supponitur, eum præsentans: Nam eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet, c. Eum. 31. de R. J. in 6.

Queritur V. Quomodo fieri debeat præsentatio, & cujus præferenda sit, si plures sint Patroni, & plures ab eis præsententur? Resp. I. Si plures sunt Patroni per modum unius, ita ut unum corpus constituant, prout fit, in Collegio, Capitulo, aut aliâ Communitate Jus habente, tunc necessarîo omnes vocandi ac citandi sunt, adeo, ut si unus tantum negligatur, aut spernatur, Præsentatio sit nulla, etsi à reliquis omnibus concorditer fuerit præsentatus. Joan. Andreas in c. Quoniam. 3. h. t. n. 4. Castro Palao p. 2. tr. 13. disp. 2. pun. 8. n. 2. Sylvest. v. Jurispatronatus. q. 11. n. 28. Lessius lib. 2. cap. 34. n. 54. cum communi, arg. c. Quod sicut. 28. & c. Bone. 36. de Elect. Vocatis autem, & citatis singulis debet præsentatus habere majora votantium, quæ si non habet, præsentatio erit nulla. Castro Palao lo. cit. Joan. Andreas lo. cit. n. 3. & ibi Fagnanus n. 13. Abbas n. 13. Azorius, arg. c. Ecclesia vestra. 48. de Elect. Ratio est; quia aliis non erit verum, quod Collegium, cui Jurispatronatus competit, præsentarit, uti tamen requiritur.

Resp. II. Si Jus præsentandi competit pluribus, non ut Communitati, sed ut singulis, ac seorsim sumptis, sufficit, si præsentatus habeat plura, seu majora vota respectu aliorum præbentorum, licet non habeat majora, sive ultra dimidium respectu omnium Patronorum, arg. c. Quoniam. 3. h. t. & ibi Fagnanus n. 13. Barbosa n. 4. Joan. Andreas n. 3. Abbas n. 13. Castro Palao lo. cit. n. 4. Rota Decis. 568. n. 2. Apud Farin. p. 1. Recent. & communissima aliorum. v. g. Si octo sint Patroni, quorum tres præsentant Titium, duo Cajum, reliqui tres singuli alium distinctum, valebit præsentatio per tres de Titio

§. IV. De Jure præsentandi: ac de ipsa Præsentatione, &c.

Titio facta; dammodo Titius sit dignus, etsi præsentari ab aliis sint digniores. Fagnanus lo. cit. n. 15. Barbosa lo. cit. n. 4. Lambert. de Jurepatronatus, lib. 2. q. 4. a. 2. & 3. cum Glossa communiter recepta in cit. c. Quoniam. 3. h. t. y. Majoribus. Ratio est; quia juxta dicta lumen, etsi non semper licita, tamen semper valida est præsentatio digni omnino digniore. Porro non est necesse in tali casu, ut omnes personaliter citentur, uti in præced. num. casu, sed sufficit, si Patroni aliunde sufficientem notitiam vacantis Beneficii habeant; tunc enim nullus repellitur, & contentitur à Comparationis, sed quisque se ipsum repellit, si non præsentet, ut bene advertit Castro Palao.

91 Dicitur notanter, si sit dignus; quia si à majori parte scienter præsentatur aliquis indignus, & à minore parte dignus, hic præferri, & institui debet Barbosa in cit. c. Quoniam. 3. h. t. n. 4. citans binas Decisiones Rotæ. Vivianus de Jurepatron. p. 2. lib. 11. cap. 8. n. 12. & ibi. Ratio est; quia in tali casu totum jus devolvitur ad præsentatum à minore parte.

92 Resp. III. Si duo, vel plures à pluribus Patronis præsentati, in votis sint pares, neuter eorum acquirit jus, nec tenetur Episcopus aliquem ex præferatis, etsi digniorem instituire. Fagnanus in c. Cum autem. 24. h. t. n. 23. Abbas ibid. n. 9. Sylvest. v. Jurispatronatus. q. 8. Azorius ac plures alii, contra Joan. Andreas in c. Cum vos. 24. h. t. n. 3. Innocent. in c. 1. h. t. in fine. Castro Palao lo. cit. Barbosa in c. 24. h. t. n. 8. plures alios docentes, in tali casu teneri Episcopum unum ex præferatis instituire, & quidem digniorem, si quis est; si vero æquales sunt meritis, posse pro libitu uni ex illis, non item extraneo gratificare. Nostræ autem Conclusionis ratio est; quia ut præsentatio à pluribus facta sit valida, & præferatis tribuat jus, debet fieri à majori parte, scilicet respectu aliorum præsententorum, licet non respectu omnium, si Patroni non per modum Communitatis præsentant, juxta dicta supra num. 92. Tum quia in tali casu Patroni revera discordant: in casu autem discordiæ liberum est Episcopo providere, arg. c. Quoniam. 3. h. t. ergo.

93 Inferitur, quod si plures Patroni Ecclesiastici taliter discordant, æqualia vota duntaxat diversis, jus liberè conferendi statim devolvatur ad Episcopum, qui illud poterit tertio alicui etiam non præsentato conferre Beneficium, hoc ipso, quod Patroni Ecclesiastici non possint variare, c. Cum autem. 24. h. t. Si verò Patroni Laici ita discordant, potest, & debet expectare, donec quadrimestre elabatur, quo elapso, poterit pro libitu vel unum ex præferatis, vel tertium eligere, eique conferre Beneficium, Fagnanus lo. cit. n. 25. & seq. Ratio est, quia Patroni Laici, donec elabatur tempus, possunt variare, per dicta num. 17.

94 Nec obstat conclusio c. Cum vos. 4. de Off. Ordin. ubi sententia Adversariorum videtur approbata. Nam contra est; quod ibi fit sermo de casu, quo unus idemque Patronus simul & semel, vel successivè plures præsentat: non item, quo plures præsentantur à pluribus: quam distinctionem non advertunt Adversarii.

95 Queritur VI. Quid Juris, si Patroni in præsentando, vel circa ipsum Jurispatronatus discordent, & litigent? Ante Resolutionem nota, Patronos variè discordare posse. Resp. I. Si plures per modum unius (uti in Communitate) præsentando discordent, ita tamen, ut unus ex præferatis habeat majora respectu totius Communitatis, Præsentatio valet juxta dicta num. 91. Si verò nullus in tali casu habet majora, sed vota sunt dispersa, vel æqualia, præferentia Juri Can. Tom. III.

sentatio erit nulla, juxta dicta num. 91. poteritque Episcopus Beneficium illud conferre cui vult, etiam extraneo non præsentato, juxta dicta num. 94 vel saltem elapso quadrimestri, si Communitas est secularis Jurispatronatus habens.

96 Resp. II. Si in præsentando discordant Patroni, quibus singulis se aratim sumptis, & non per modum unius competit Jurispatronatus; & unus ex præferatis habet majora saltem respectu aliorum præsententorum, etsi non respectu omnium Patronorum, eum dem præsentatio valida est juxta dicta num. 92. Si verò plures præsentati in votis sint pares, nullius præsentatio valet, sed Episcopus libere conferre poterit, modo quo diximus num. 91. & seq. Quæ, licet jam dicta, pro majori cunctate compendio è reperere placuit.

97 Resp. III. Si constat, Ecclesiam esse patronatam Patroni autem discordant, & litigent super i, si proprietate ac possessione Jurispatronatus, vel quasi possessione illius, nullo existente in notoria possessione ejusdem & licet intra quatuordecim menses sit Patronus Laicus vel sex menses (si sunt Patroni Ecclesiastici) non finit, Beneficium pro ea vice confert Ordinarius, ad quem pertinet institutio. Fagnanus in c. Quoniam. 3. h. t. n. 6. Abbas in c. Si verò. 12. h. t. n. 3. & ibi c. Cum propter. 27. eod. n. 2. Barbosa in c. Quoniam. 3. n. 6. in c. Si verò. 12. n. 2. & c. Cum propter. 27. n. 2. h. t. Pirhing eod. n. 111. cum communi, apertis Juribus cit. c. Quoniam. 3. & Si verò. c. Eum re. c. Cum propter. 27. h. t. Ratio est; ne Ecclesia propter litem Patronorum diu destituta Recurre patiatur damnum. Et hæc Conclusio ob claram Juris dispositionem pugnat contra communem illam Regulam, c. Nec pro defectu de Elect. quod tempus in petito non curat; ut bene advertunt Abbas, & Fagnanus lo. cit. Quid si verò non constat, Ecclesiam esse patronatam, potest pendere inter duos Patronos litem, prout in Conclusionem, Episcopus illud, non ex litem Juris termino conferre Beneficium. Abbas in cit. c. Si verò. 12. h. t. n. 3. Pirhing eod. n. 112. arg. can. Volumus. cau. 16. q. 4.

98 Resp. IV. Si uno existente in notoria possessione, ne lis præcedat sit super proprietate Jurispatronatus, simulque constet Ecclesiam esse patronatam, tunc illa præsentatio, quæ sit ab existente in possessione, valida erit; & non obstante lite institui debet, & firmiter manebit præsentatus ab eo, etsi postea in judicio talis Patronus succumbat, textu claro c. Consultationibus. 19. h. t. & ibi Fagnanus, Abbas, Barbosa, atque Doctores ferè omnes; dummodo talis possessor sit in bona fide. Ratio est; quia posse præsentare, est unus inter fructus Jurispatronatus, per dicta supra num. 66. fructus autem debentur bonæ fidei possessori, c. Gravis, de Restitut. spoliat. & l. Bone fidei. ff. de Acquirend. rerum dominio. Attenditur autem ultimus status, seu actus, qui etiam unus sufficit ad acquirendam quasi possessionem Jurispatronatus, Fagnanus lo. cit. n. 16. Garcias p. 5. cap. 5. n. 142. Pirhing h. t. n. 88. & constat ex dictis supra num. 16. Si verò esset in malâ fide, invalida foret præsentatio, & etiam jam institutus removeri deberet, quamprimum de ea constituit. Barbosa in cit. c. Consultationibus. 19. h. t. n. 8. Abbas n. 4. & Glossa p. Possidebat. Menochius Consil. 80. n. 116. Pirhing h. t. n. 84. Ratio est; quia malæ fidei possessor fructus non facit suos, sed omnes etiam non extantes, seu consumptos debet restituere, c. Gravis, de Restitut. spoliat.

99 Limitatur in casu, quo adhuc ante institutionem factam causa deciditur, vel liquido constat, possitorem carere proprietate Jurispatronatus, tunc enim valebit, & præferri debet præsentatio illius, qui proprietatem habet Jurispatronatus. Abbas in cit. l. 113.

cit. c. 19. h. t. n. 9. & ibi Barbosa n. 3. citans Rota n. Decis. 167. n. 9. p. 2. divers. Pirhing n. 37. Ratio est; quia proprietates cognita absorbet causam possessionis, etque praevalet, c. cum dilectus de caus. poss. ff. & propriis.

102 Ceterum non obstat Conclusioni Concilium Tridentinum Sess. 25. de Reform. cap. 9. ordinans, quod ad probandum Juspatronatus necessarii requiratur vel authenticum documentum, vel possessio immemorialis ex actibus multiplicatis; quia Concilium ibi non loquitur de casu Conclusionis, in quo liquidum constat, Ecclesiam esse patronatam, & solum controversitur inter Patronos, ad quem pertineat; sed de casu, in quo etiam dubium, & controversia est, an Ecclesia a parte rei sit patronata, nec ne: tunc enim omni modo tueri intendit libertatem Ecclesiae, contra quam admittit probationem nisi ibidem praescriptam, ut bene observat Fagnanus in cit. c. Consultationibus. 19. h. t. n. 16. & late tradit Garcia de Benefic. p. 5. cap. 5. d. n. 147.

103 Queritur VII. Quid Juris? si lis vel controversia non est inter ipsos Patronos, sed inter Patronum & Episcopum, vel Ecclesiam, hac contentente se liberam: vel inter Patronum & Praesentatos, aut inter praesentatos ipsos? Resp. I. Si est controversia inter Patronum & Episcopum, hoc pugnante pro Ecclesiae libertate, non currit Patrono tempus durante lite, adeoque si lis ante quatuor vel sex menses non finitur, nequit Episcopus aliquem pro libitu insinuare, sed debet interea ponere Ecclesiae Oeconomum, donec lis finitur. Fagnanus in c. Quoniam. 3. h. t. n. 18. & ibi Abbas n. 7. ac Hostiensis n. 7. Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 141. §. Quintus casus. citans Rotam. Decis. 411. n. 3. p. 1. divers. & in c. Eam te. 22. h. t. Zerola, ac plures alii, arg. c. Cum vos. de Offic. Ordin.

104 Limitat tamen Conclusionem merito Barbosa in cit. c. Eam te. h. t. n. 6. in casu, quo constat, Ecclesiam non esse patronatam, vel si Episcopus est in quasi possessione: si enim litigantibus inter se Patronis, praesentatio illius praevalet, qui est in possessione; multo magis deferendum erit Episcopo existenti in possessione; eo quod jus praesentandi Patronis praecise ex gratia competat, c. 3. h. t. collatio vero Ordinaria de Jure communi, per vulgaria; Jus commune enim difficultus tollitur, quam gratia, aut privilegium, l. Ejus militis. §. Militia. ff. de Milit. Testam.

105 Resp. II. Pariter non currit tempus Patronis, consequenter non potest Episcopus durante ultra quatuor, vel sex menses lite conferre Beneficium, si lis est inter Patronum & Praesentatum, vel inter ipsos praesentatos. Fagnanus loc. cit. num. 19. citans Rotam, Joan. Andreas in c. Cum vos. n. 2. de Offic. Ordin. Abbas in c. Quoniam h. t. n. 7. Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 72. n. 41. Castro Palao p. 2. tr. 13. Disp. 2. pun. 2. n. 7. cum communi. Ratio est; quia c. Quoniam. 3. h. t. & alia Jura collationem tempore litis Ordinaria tributentia, loquuntur tantum de casu, quo lis est inter ipsos Patronos; ergo tanquam odiosa & exorbitantia non sunt extendenda ad casus similes, nisi foret paritas rationis. Per ea, quae diximus lib. 1. Tit. de Constit. n. 421. & seqq.

106 Queritur VIII. Quid Juris, & quis institui debeat aut possit, si plures ab unico Patrono praesententur? Nota, hanc questionem esse longe diversam a questione V. posita num. 91. Resp. I. Si duo, vel plures aequè digni intra quadrimestre a Patrono Laico praesentantur, liberum est Episcopo, quem velit ex his insinuare. Communis ac certa, ob claram Juris dispositionem. c. Cum autem. 24. h. t. & ibi Doctores omnes. Textus ibidem sic sonat: Cum idoneum Episcopo praesentaverit, & postmodum alium

aequè idoneum in eadem Ecclesia, quis alteri praesentatur, judicio Episcopi credimus relinquendum. Si vero a Patrono Ecclesiastico plures praesententur, ille institui debet, qui prius fuit praesentatus, cit. c. Cum autem. h. t. ibi: Verum si Collegium, vel Ecclesiastica persona praesentationem haberet, qui prior est tempore, jure potior esse videtur, & ibi Barbosa n. 1. Abbas n. 1. Fagnanus n. 1. & alii communiter. Ratio est; quia cum Patronus Ecclesiasticus non possit variare per dicta n. 57. hoc ipso sola prima praesentatio valebit.

Resp. II. Si duo vel plures inaequalis dignitatis aut meriti simul, aut successivè ab unico Patrono Laico praesentantur, tenetur Episcopus eligere digniorem. Fagnanus in c. Cum vos. 24. h. t. n. 28. & ibi Abbas n. 5. Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 27. n. 200. Azorius p. 2. lib. 6. cap. 22. q. 14. Castro Palao lo. cit. pun. 9. n. 3. & communis aliorum contra Joan. Andreas, & Hostiensis in cit. c. Cum autem. h. t. Ratio desumitur ex textu c. Cum vos. de Offic. Ordin. ubi tunc praecise relinquuntur libertas Episcopo, quando loquuntur idonei praesentantur; ergo a sensu contrario, si non aequè idonei sunt, debet iustitia distributiva conformiter digniorem eligere, arg. can. Licet ergo cau. 3. q. 1. praesentiam cum in cit. c. Cum autem. h. t. electio relinquatur Judicio Episcopi, nam verbum Judicium sapit discretionem, & boni viri arbitrium, ut bene ibidem notat Abbas arg. c. 2. de Corpore vitiatis, & l. Fideicommissi. §. Quamquam. ff. de Legat. 3. Quod si tamen omisso digniori, dignum institui Episcopus, valebit, nec attenditur appellatio. Fagnanus lo. cit. arg. c. Constitutus. de Appellat. & c. Pastoralis. h. t.

Ceterum, quis sit dignior, quamvis Judicio relinquatur Episcopi, tamen videre poteris lib. 1. Tit. 6. de Elect. §. 10. n. 235. & apud Barbosam lo. cit. num. 202.

Queritur IX. Quo tempore fieri debeat praesentatio? Resp. De hoc jam constare ex dictis supra d. num. 54. ubi vide.

§. V.

De aliis Juribus Patrono competentibus: ubi etiam de Oneribus: ac de causis, ob quas iterum amittitur, seu extinguitur Juspatronatus.

SUMMARIUM.

- 110 Patrono competit honor & praecedentia in Ecclesia patronata.
- 111 Non tamen ante Dominum Territorialem.
- 112 Item jus alimentacionis pro se, uxore, liberis, & familia. Et num. 114.
- Et quomodo? Ibid.
- 113 Quae inopia requiratur?
- 114 Vicibus & alimentacionis nomine quae veniant?
- 115 Ecclesia non nisi de superfluis tenetur succurrere Patrono egeni.
- 116 Patronus egenus habens actionem contra Ecclesiam pro alimentis.
- 117 Habet etiam onus tuendi Ecclesiam, attendendo ne bona ejus dilapidentur, aut contra finem fundationis primae applicentur.
- 118 Quid agere possit, & debeat Patronus, si deprehendat errorem? Et num. praec.
- 119 Debet etiam tanquam Advocatus Ecclesiam defendere.
- 120 Patronus non potest Ecclesiae, vel Beneficium pensionem aliquam, vel onus imponere, aut aliquid ab eo exigere.
- 121 Nisi in fundacione cum consensu Episcopi moderatè fuerit impostum.

Donatio

§. V. De aliis Juribus Patrono competentibus: &c.

Donatio perfecta postea conditiones non recipit.

Ibid.

122 Patronus non habet ullam jurisdictionem, potestatem, aut dispositionem circa bona Ecclesiae.

123 An quid valeat circa hoc consuetudo?

124 Patronus non potest insinuare, aut amovere Beneficiatum.

125 Causa, ab quas amittitur, & extinguitur Juspatronatus.

Ubi constat ex versiculis supra n. 66. citatis, plura competunt Patrono jura, praesentandinemque, jus honoris, & alimentacionis, quorum primum ac praecipuum, quia jam examinavimus §. praeced. de duobus reliquis hic videbimus.

110 Queritur I. In quo consistat, & quomodo competat Patrono honor indicatus in versiculis citatis per verba Honoris, & Praesent. Resp. Eum consistere in praecedentia Processionis, quatenus ei in Litaniis processionaliter cantari aut recitari solitis, & in aliis publicis Processionibus locus dignior praestituitur laicis debetur. Item quod in Ecclesia sua patronata debeat honorari in praecedentia honorabilioris sedis, & dignioris loci, atque anterioritate in suscipienda pace, thurificatione, & aliis similibus casibus, arg. can. Pie mentis. 26. cau. 16. q. 7. & c. Nobis. 25. h. t. ibi: Pro fundacione quoque Ecclesiae honor processionalis servatur, & ibi Glossa atque Fagnanus n. 17. Barbosa n. 6. item lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 214. Abbas in c. Nobis. 25. h. t. n. 5. ubi addit praefatum honorem etiam id importare, quod Patrono venienti ad Ecclesiam debeat obviam ire Clerici, eumque excipere, si est talis persona, cui ratione status id conveniat, ut si est Rex, Princeps &c. quod etiam observat Glossa magna in c. un. h. t. in 6.

Verum vi honoris praestati non competit Patrono praecedentia in Ecclesia, & alibi ante Dominum Territorialem loci, ut bene notat Fagnanus lo. cit. n. 21. & seqq. Pirhing h. t. num. 36. & alii. Ratio est; quia cum talis Dominus in ceteros jurisdictionem contentiosam habeat, utique praestitit praesentiam sibi subditis, ubique, etiam in Ecclesia magis honorari debet, Abbas Consil. 21. n. 1. lib. 1. Fagnanus lo. cit. Nec obstat textus c. N bis h. t. praecedentiam universali ac indistincte tribuens Patrono. Resp. enim, eum intelligendum esse, ut non sequatur absurdum, ne videlicet major ei exhibetur honor, quam illius Dominus habenti in eum jurisdictionem. Sicut a pari, licet Rector Ecclesiae indistincte dicatur habere praecedentiam in Ecclesia sua, tamen non praecedit Episcopum illum venientem, c. Solina. 6. de Majori. & obediens.

112 Queritur II. In quo consistat, & quomodo competat Patrono jus alimentacionis indicatum in versiculis per verba alatur egenus? Resp. id consistere in hoc, ut si ad inopiam vergat (Patronus) ab Ecclesia illi modeste succurratur, sicut in sacris est canonibus institutum, sunt verba cit. c. Nobis 25. h. t. sacri autem Canones, ad quos se refert cit. c. Nobis. 25. h. t. sunt c. Contra. 29. cau. 16. q. 7. ibi: Si Fundatores Ecclesiarum ad inopiam vergere ceperint, ab eisdem Ecclesiis temporalis vitae subsidia percipiant. Et can. Quicumque. 30. cau. 16. q. 7. ibi: Quicumque Fidelium devotione propria de facultatibus suis aliquid Ecclesiae contulerit (eo modo, quo acquiritur Juspatronatus. Glossa ibid. v. Aliquid) si foret ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia subsidium vitae pro temporis usu percipiant. Ratio est iustas, quia ad remunerandum quis obligatus est iis, a quibus beneficia accepit, arg. l. Si non forte. 26. ff. de Condit. indebui.

113 Ex praefatis textibus inferunt Barbosa lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 216. & in c. Nobis. 25. h. t.

n. 7. Lambertini de Juspatronat. lib. 3. q. 3. a. 7. n. 6. & alii, non esse necesse, quod Patronus in summa egestate sit (quidquid contradicat Glossa in can. Quicumque. 30. cau. 16. q. 7. v. Ad inopiam) sed iustitiam, quod jamjam ad pauperem ita deveniat, ut juxta qualitatem status, & personae suae, ex bonis propriis, vel aliunde, ex officio v. g. opere filio, & honesto, quod attenta qualitate suae personae possit exercere, sustentari amplius non possit. Ratio: tunc quia ad inopiam vergere. cit. c. Nobis. h. t. hoc ipsum importare videtur, arg. c. 1. de Statu Regular. in 6. & l. Si quis §. Sed si filius. ff. de Agnoscent. & alien. liber. Tum quia id ipsum expresse insinuat cit. can. Contra. 29. cau. 16. q. 7. ubi non requiritur, ut quis patiatur summam inopiam, sed quod ad inopiam vergere ceperit; nota, vergere ceperit.

In hoc itaque casu tenetur Ecclesia Patrono honestam sustentationem juxta conditionem status, non tantum pro sola persona Patroni, sed etiam pro uxore, liberis, & familia praebere. Barbosa lo. cit. Surdus de Alimentis. Tit. 4. q. 28. n. 18. & Tit. 7. qu. 32. n. 30. arg. can. Quicumque. 30. cau. 16. qu. 7. ubi: Et Filiorum. Et quidem integrum, id est, cibum, potum, lectum, vestitum, & omnia quae ad honestam sustentationem requiruntur. Barbosa lo. cit. Surdus de Alimentis. Tit. 4. q. 23. d. n. 12. arg. cit. c. Nobis h. t. ibi: Ab Ecclesia illi succurratur: & can. Contra. cau. 16. q. 7. ibi: Vitae subsidia percipiant. Inter haec enim, & nomine alimentorum ac victus non tantum cibis, & potus, sed & vestis, habitatio, & alia numerantur, arg. l. Legatus. ff. de Alimentis & cibis. & l. Verbo v. d. d. 43. ff. de V. §. ibi: Verbo victus continentur, quae esui, potuique, cultuique corporis, quaeque ad vivendum homini necessaria sunt. Vellem quomodo victus habere vicem; Labeo ait. Porro necessaria vitae dicto modo praestari ab Ecclesia Patrono debent in domo ipsius propria, & non in ipsa Ecclesia. Barbosa lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 12. n. 116. Surdus lo. cit. q. 14. n. 21.

Notandum tamen cum Abbate in c. Nobis. 25. h. t. n. 6. & ibi Barr. n. 22. Barbosa lo. cit. n. 217. Surdus de Alimentis. Tit. 7. qu. 32. d. princip. Pirhing. h. t. num. 37. & aliis, praestatum obligationem honeste ac modeste sustentandi Patronum ad inopiam vergentem, Ecclesiae non nisi de bonis superfluis incumbere, siue si quae ultra ea habet, quae ad fabricam ac similia necessarii requiruntur. Ratio est; quia propriae necessitati & cultui Divino ante omnia providere debet Ecclesia, arg. can. fin. cau. 25. q. 2. v. Ultim. ad finem, & can. Quicumque. cau. 16. q. 7. & ibi Glossa v. Ad inopiam in simili enim casu, & non aliter etiam libertus ex gratitudine obligatus tenetur alere Patronum, cit. l. Si quis. §. Alimenta. ff. de Agnoscent. & alien. lib.

Nec dicas, per hoc non gaudere speciali privilegio & jure Patronum, cum Ecclesia de superfluis cuiusvis pauperi teneatur subvenire, arg. can. Quoniam. 68. cau. 16. q. 1. Resp. enim cum Abbate, Patronum nihilo minus habere privilegium, & jus speciale in hoc consistens, quod Ecclesia Patrono melius & abundantius, simulque praeter reliquis pauperibus teneatur subvenire. Item, quod pauperes non habeant actionem contra Ecclesiam denegantem. Et contra Patrono competit actio per Jura num. 112. citata. Praeter jura, & privilegia, quae Patronus juxta haecenus dicta habet, etiam onera aliqua significata in allegatis versiculis per verbum Onus, sentiri debet, & merito; quia qui sentit commodum, & onus sentire debet, c. 55. de R. J. in 6.

Queritur III. Quae sint onera, & munera Patroni? Resp. Patronus duo praecipue onera, seu munera, & obligationes habet tuendi nempe: & defendendi Ecclesiam. Et quidem primum debet tueri

Ecclesiam vigilando, & debitam curam, ac sollicitudinem habendo pro bonis ejus, ne videlicet a Rectore, vel Ministris, aut etiam ab aliis dilapidentur, male, aut contra finem a Fundatore intentum applicentur, *can. Filii. 31. cou. 16. q. 7.* ubi etiam statuitur, ut si quis in his corrigendum invenerit, Rectorem vel Ministrum Ecclesie honeste monere, aut Episcopo denunciare debeat; non item quod Sacerdotem oburgare, corrigere, aut punire valeat: ibi: *S. Sacerdotem, aut Ministrum ex collatis rebus praverint defraudare, aut comminationis honesta conventionem compellant, aut Episcopo, vel Judici corrigenda denuntiant. Quid si talia Episcopus agere taceat, Metropolitano ejus hoc insinuare procurent.*

118 Unde vi Patronatus penitus nullam jurisdictionem in Beneficiis usurpare debent Patroni; neque in iis, quae ad Sacramentorum administrationem spectant, nullatenus se presumant ingerere; neque visitationi ornamentorum Ecclesie, aut honorum stabilium, seu fabricarum proventus se immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat; sed Episcopi ipsi id faciunt, & c. prout expressè statuitur a Concilio Tridentino Sess. 24. de Reform. cap. 3. & docet Engel h. t. n. 5. Layman lib. 2. r. 2. cap. 13. num. 9. & seq. & alii. Notat tamen Honorius h. t. num. 28. posse Patronum extrajudicialiter inquirere super statu Ecclesie, ut si majori infirmatione habitata, debita honestate monere Beneficiarium, aut Ministros, vel Episcopo cum majori scandalum denuntiare valeat, juxta *can. Filii. cou. 16. q. 7. & can. seq. eod. cou. & q.*

119 Secundo onus, munus, & obligatio Patroni est, ut Ecclesiam tanquam Advocatus ipsius in, & extra judicium pro possibilibus defendat. Egnatius in c. cum autem h. t. num. 3. & ibi Hostiensis, ac Innocentius, Engel h. t. n. 5. & alii, arg. a. Præterea. 23. & c. cum autem. 24. h. t. ubi propterea Patroni vocantur *Advocati*. Non tenent tamen id propriis expensis facere, sed satisfaciunt, si expensis Ecclesie faciunt.

120 Queritur IV. An Patroni præsertim a numero. 110. duo jura habeant etiam jus aliquod, vel potestatem in Ecclesiam, vel bona ipsius, vel Rectorem ejusdem, ita ut possint Ecclesie & Beneficiis onus aliquod, aut pensionem imponere, aut a Beneficiis exigere, aut de bonis illius disponere, aut Beneficiarium amovere? & c. Resp. I. Patroni sive Laici sive Ecclesiastici sint, præter privilegium præcedentiae, & alimenationis in statu inoffensive penitus nullam habent potestatem, aut jurisdictionem in Ecclesiam; adeoque Eidem, vel Rectori ejus nec minimam quidem pensionem, vel onus imponere, vel ab eis exigere possunt, nisi pensio vel onus hujusmodi in prima fundatione cum consensu Episcopi fuerit constitutum. Abbas in c. Præterea. 23. h. t. n. 3. & ibi Barbosa, Ancharanus, Joan. Andreas, Hostiensis, Butr. & Doctores communiter. Textus apertus habetur in c. Præterea. 23. h. t. ubi postquam conquestus est Lucius Papa, quod Advocati Ecclesiarum (id est Patroni), Glossa ibid. v. Advocati præsumant *Eccliarum*, id est collectas quas Patroni imponebant Ecclesiis, Glossa ibid. eod. v. *Advocatus*. (cogendo videlicet Ecclesias, ut unum, vel plures milites habeant, & nutrant; vel pretium vigiliarum solvant, Hostiensis ibid.) Regiam (hoc est Tributum, a Regibus imponi solitum, Glossa ibid.) & si nullum tantum a propriis Rusticis ab Ecclesiis extorquebat; subiungit, præsentem Decreto statuimus, eis fore Advocati, sive Patroni & c. seu quocunque alio nomine censentur, a gravaminibus Ecclesiarum cessare, nihilque in ipsis præter antiquos, & moderatos redditus, a Laicorum Episcopis institutos exigere; aut si aliud exegerint, Excommunicatissimi subdantur.

Contra illas quoque hujusmodi quos fecerunt, vel facient in futurum, vim aliquam habere, decernimus non habere. Concordat c. 1. & c. Gravis. 15. de Censibus. Ratio est; quia similia onera non nisi iudiciis imponi, & ab eis exigi possunt, ut notatur cit. c. Præterea. 23. h. t. ibi: *Tantum a propriis Rusticis*; Ecclesie autem, & Rectores earum non sunt iudici respectu Patroni quia talis; ergo.

Dicitur autem notanter: *Nisi pensio, vel onus hujusmodi in prima fundatione cum consensu Episcopi fuerit constitutum*; potest enim Patronus cum consensu Episcopi in prima fundatione aliquam pensionem, vel servitium sibi præstandum, Ecclesie, aut Beneficiario imponere, hoc ipso, quod quisvis rei suæ moderator, & ab ipso sit, possitque non aliter, quam cum certa conditione donare, l. Tre. C. Mandati. unde ralius in postem, postea licet exigere valet, ut liquet ex textu cit. c. Præterea. 23. h. t. ibi: *Præter antiquos moderatos ab Episcopis institutos redditus*; dummodo cum consensu Episcopi imponantur, ibi: *Ab Episcopis*, & noderati sunt: si enim immoderate etiam cum consensu Episcopi fuerint impostæ pensiones, vel onera, debet ea postea Episcopus, vel Successor ejus moderari. Abbas in id. c. Præterea. 23. h. t. n. 7. & ibi Doctores, quos sequitur Pirhing h. t. n. 42. arg. cit. c. Præterea ibi: *Moderatos*, & c. I. de Consuetud. dummodo fiat tempore fundationis, quia post illam nec cum consensu Episcopi imponi possunt, Glossa in can. 2. can. 10. q. 1. & Non pertinere. arg. c. 1. & c. 15. de Censib. Ratio est; tum quia post factam donationem conditio aliqua apponi non amplius potest; nam perfecta donatio conditiones postea non recipit, ut dicitur L. 4. C. de Donat. que sub modo. Porro onus, vel pensio in prima fundatione legitime impostæ, postea non amplius augeri potest. Doctores communiter in c. Gravis. 15. de Censib. ubi summarij sic habet: *Patroni etiam Clerici novum cum sum Ecclesie imponere non possunt, nec veterem augere.*

Resp. II. Rustici penitus nullam jurisdictionem, 122 aut potestatem in bona Ecclesiarum patronatarum habent Patroni sive Laici, sive Ecclesiastici; adeoque nec eis se ingerere, nec de eis disponere, nec visitationi eorum se immiscere, multo minus aliquid de eis sibi appropriare, aut in sui utilitatem convertere possunt, nisi quatenus quid eis ex institutione, ac fundatione competat. Communis ac certa, ob clara Jura Concil. Trid. Sess. 22. de Reform. cap. 11. ibi: *Si quem Clericorum, aut Laicorum, quocunque in Dignitate aut Imperiali, aut Regali resulerit, in unum malorum omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicuius Ecclesie, seu cuiusvis secularis, aut Regularis Beneficii. Monium Pietatis, aliorumve priorum locorum, jurisdictiones, bonas, census, ac jura etiam Feudalia, & Emphyteuticæ, fructus, & emolumenta, seu quoscunque obventiones, que in Ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel alios, vi, & timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut Laicorum, aut quocunque arte, aut quocunque quoque colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab aliis, ad quos jure pertinet, percipiuntur, in Anathematismum diu subiacet, quamvis jurisdictiones, bonas, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel quid eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ pervenerint, Ecclesie, ejusque Administratores, sive Beneficiario integrè restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quid si Ecclesie ejusdem Patronus fuerit, etiam Juspatronatus ultra prædictas penas in se factio privatus existat. Simile quid statuit Sess. 24. de Reform. cap. 3. ubi præcipitur, ut Patroni visitationi ornamentorum Ecclesie, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventus se non immis-*

immisceant, nisi quatenus id eis ex institutione, ac fundatione competat: sed Episcopi ipsi hæc faciant. Hoc etiam vel maxime facit Dispositio ejusdem Concilii Sess. 25. de Reform. cap. 9. ubi circa medium sic statuit: *Patroni autem Beneficiorum quocunque Ordinis, Dignitatis, etiam Communitates, Collegia, quocunque Clericorum, vel Laicorum existant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcumque Beneficiorum, etiam verè de Juspatronatus ipsorum ex fundatione, & donatione essent, nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant, sed illos liberè Rectori, seu Beneficiario non obstant etiam quocunque consuetudine distribuendo dimittant.*

123 Ubi tamen notandum circa ultima verba, non obstante quocunque consuetudine; quod licet nullus Patronus vi consuetudinis ante Concilium Tridentinum introductæ possit se ingerere bonis, & redditibus Ecclesie, nihilque de iis disponere, possit tamen id ipsum vi consuetudinis post Concilium legitime introductæ; quia juxta dicta Lib. 1. Tit. 4. de Consuetud. n. 185. dicta clausula non derogat consuetudini futuræ. Hinc licet de Jure administratio Gazophylacii, & aliorum Ecclesie honorum nullatenus ad Patronum spectet, ut bene cum aliis notat Layman lib. 4. r. 2. cap. 13. n. 1. tamen eadem administratio præsertim cumulativa cum Rectore ad Patronum pertinere valet vi consuetudinis post Concilium introductæ, per Jura allegata in cit. Tit. de Consuetud. Porro limitata est conclusio in iis, qui non tenent nudi Patroni sunt, sed etiam Ecclesiam, aut Beneficiarium sibi incorporatum habent; tamen enim de bonis Beneficii utpote ad se plane pertinentibus (excepta congrua) ut que disponere poterant, per dicta supra Tit. 27. de Capell. Monach. n. 17.

124 Resp. III. Denique Patroni sive Ecclesiastici, sive Laici penitus nullam jurisdictionem aut potestatem (excepto jure presentandi, & jure tenendi ac defendendi) circa Beneficiarium, aut Beneficiarium habent; adeoque authoritate suâ nullam in Beneficio instituire, aut institutum amovere possunt. Caret controversiâ, textu claro c. Præterea. 4. h. t. ibi: *Præterea, quia in tantum quorundam Laicorum (Patronorum) processit conductus, ut Clericos instituant, & removeant, cum viderint, ipsos anathematizatos decernimus feriendos. Clerici autem, qui Ecclesiam per Laicos sine propria Episcopi auctoritate receperint, communionem privant, & si persistuerint, a Ministerio Ecclesiastico, & Ordine deponantur*; ac ibi Doctores omnes.

125 Queritur V. Quibus de causis, & quibus modis Juspatronatus amittatur, & penitus extinguatur? Dicitur notanter penitus extinguatur: quia quibus modis ab uno in alium transferatur, plene dictum est supra §. 2. Resp. ergo, Juspatronatus variis ex causis, variisque modis extinguitur. Patet inductione. Nam I. Extinguitur per liberam remissionem Patroni. Zoëlius h. t. n. 68. & alii, c. 1. h. t. in 6. Ratio est; quia po est quis renunciat juri suo, c. Si diligenti, de Foro competent. II. Si Ecclesia sine spe reedificationis totaliter destruitur, aut aliâ ratione dos, & redditus ipsi pereant. Barbosa lib. 3. Jur. Eccl. univ. cap. 1. n. 254. Zoëlius h. t. n. 68. Engel h. t. n. 26. cum communi. Ratio est, quia non est non sunt qualitates.

III. Si Patronus variatur Ecclesiam patronatam fieri Collegiatam, aut Monasterium. Doctores citati Pirhing h. t. n. 13. Butr. in c. Nobis h. t. n. 26. & alii. Ratio est; quia in his presentatio aliqua locum non habet, sed electio, c. Nobis 25. h. t. & dictum est supra.

IV. Desinit, & efficiente familiâ, si Juspatronatus pro solis ex familia ab initio institutus est. Engel loc. cit. Pirhing loc. cit. Barbosa loc. cit. Nec indiget probatione.

V. Si Ecclesia patronata cum consensu Patroni alteri Ecclesie, vel Monasterio sine reservatione Juspatronatus unitur, seu incorporatur. Zoëlius loc. cit. Joan. Andreas in c. 2. de Religio. Domib. Pirhing h. t. n. 138. Ratio est; quia per unionem hujusmodi censetur Ecclesia extincta, consequenter & Juspatronatus in illa competens.

VI. Per non usum longissimi vel longi temporis ad prescriptionem requisiti; si interea bis saltem Rector Ecclesie sine presentatione esset institutus: tunc enim Ecclesia redit ad suam libertatem; dummodo Patronatus legitime non fuerit impeditus. Barbosa loc. cit. Abbas Consil. 106 vol. 7. Engel h. t. n. 26. Pirhing eod. loc. cit. Ratio est; quia sicut alii, ita & ipsa Ecclesia contra Patronum, & jus ejus præscribere potest, per ea que supra de Prescriptione sunt dicta.

VII. Si Patroni Ecclesie Rectorem, vel alium Clericum ipsius Ecclesie per se, vel per alios occidere vel mulare nescio ausu præsumpserint, Patroni Juspatronatus prorsus amittunt, sunt verba, & c. In quibusdam. 12. §. Sacri de Poen. & ibi DD. communiter, atque Barbosa loc. cit. Zoëlius loc. cit. Pirhing loc. cit. Engel h. t. n. 26. qui tamen id limitant, si Patronus id facit pro sui defensione cum moderate inculpate tutela; quia vi repellere omnia Jura permittunt. Ceterum Juspatronatus ob hanc delicti causam extinctum, non transit ad hæredes; sed Ecclesia evadit hæres collationis, Barbosa loc. cit. arg. cit. In quibusdam de Poen. & ibi Glossa v. Proximi amittunt.

VIII. Si Patronus sit Hæreticus, Schismaticus, aut Apostata. Barbosa loc. cit. Engel h. t. n. 26. Zoëlius eod. Monet. de Commu. ult. volunt. cap. 1. n. 158. & alii. Ratio est; quia horum bona omnia confiscantur, consequenter & Juspatronatus eis annexum, arg. c. An de Hæreticis. Ex hac ratione etiam ob alia crimina v. g. læsæ Majestatis, ob que confiscantur bona, amittitur, prout supra diximus.

IX. Si Patronus ingerat se quoad dispositionem, aut perceptionem fructuum modo aliquo per Concilium Tridentinum Sess. 22. de Reform. cap. 11. prohibito, textum vide supra num. 122.

X. Si Patronus modo a SS. Canonibus prohibito, vendit, aut alio modo in alium transfert Juspatronatus, ut expressè statuitur in Concilio Tridentino Sess. 25. de Reform. cap. 9. & docet ibi Barbosa, Engel h. t. n. 26.

XI. Et ultimum privandi sunt Juspatronatus Patroni, qui illud finonia & acquirit, Zoëlius h. t. n. 26. arg. c. Quia clerici. 6. h. t.

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, & Procuratioribus.

I. Ratio Continuationis.

Ordine non incongruo præcedentem præsentem sequitur Titulus; quia si ut Juspatronatus est onus aliquod Ecclesie, utpote quæ alias esset liberæ collationis, ita Censibus, Exactionibus, & Procuratioribus sunt onera Ecclesiarum, & Beneficiorum, ut statim videbimus. De quâ materia etiam extant canones cou. 10. qu. 2. & 3. per totum.

§. I.

De Censibus: ubi in specie de Cathedralicis.

S. V. A.